[Mo]lestari ad munimenta ad Evictorem vel alys quibuspiis di-
latationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quieta-
tionem praeterea Ulha proximos Officy praefati Castren Premyslien
Terminos delationem sibi non recipiendo Nullasque moves
Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac pro
missa omnia poenis simplicibus vel duplicatis Evasi-
onibus Suspensionibus Fatalibus Juris Proscriptione
Generali Bello Conventionesque ac alys quibuscunque Juris
remedys et defensis non subterfugiendo Nec alioquo-
vis modo evadendo Hac sua praesenti Recognitione
personali ad praemissa omnia mediante.

# Zbrozkowa Abrenuntiat

Comparens personaliter Generosa Zophia Zbrozkowa Wolska
Generosi Sebastiani Topolski Consors legitima cum eiusdem Ma-
riti sui personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta
recognoscenda Consensu sana mente et Corpore existens
a Jure Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibus-
vis propriys et Competentibus recedendo Praesenti Iuris-
Castren Capitan Premislien Jurisdictioni quoad actum praesentem
attinet Sesecum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subycendo Palam
libere publice ac per expressum recognovit Quia sibi
Recognoscenti per manus Generosi Victorini Zbrozek Wol-
ski fratris sui germani ratione Expeditionis de bonis pa-
ternis et maternis totaliter et effective Satisfactum est

ob quam eius m[...]

ob quam eiusmodi sui Recognoscentis satisfactionem
pro praemissis et expeditionem sui, eadem Recognoscens
in manus suprascripti Generosi Zbrozek Wolski fratris
sui germani resignat abdicat et abrenunciat eumq[ue] pro
praemissis quietat in perpetuum Actaq[ue] praesentia per
sonali Inscriptione ad praemissa mediante

# Zbrozek Fratri Suo Debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Victorinus Zbrozek Wol-
ski sanus mente et corpore eximens a Terris Districtibus
Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et compe-
tentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Pre-
misliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere
publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generoso
Stanislao Zbrozek Wolski fratri suo germano eiusq[ue]
posteris summam mille Quinquaginta florenorum polonicalium
modo veri iusti liquidi et simplicis debiti apud ipsum
manentem tenetur atq[ue] debet. Quam quidem summam
suprascriptam mille quinquaginta florenorum pecuniae polonicalis
idem Recognoscens se cum suis successoribus in et
super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et
immobilibus summisq[ue] quibusuis pecuniarijs habitis
et habendis eidem Generoso fratri suo et ipsius posteris